putant (Marquardt Staatsr. I² p. 553), eisdem temporibus fuit etiam Q. Voconius Saxa Fidus (Bull. de corr. 1890 p. 645).

1080 M. Servilio Q. f. Ho[*r.*] | Fabiano Maximo[1], | leg. Augustorum pro prae|tore provinciarum Mysiae | superioris item Mysiae inferi|oris[2], curatori aedium sacra|rum, cos.[3], fetiali, praef. aer. S.[4], | leg. leg. III Gal., cur. viae Vale|riae, leg. pr.[5] provin. Asiae, prae[*t.*], | aed. cur., ab actis senatus, q. | urb., tr. mil. leg. I Minerv., | IIIIviro viar. curandar., | Licinii Fortis et Honoratu[*s*] | centurio leg. I . . . . | ami[*co*].

Romae (VI 1517 descr. Henzen). — 1) *Hic ut videtur Servilius Fabianus qui fuit cos. suff. cum Q. Allio Basso d. 6 Iul. 158 (dipl. mil. in Hungaria rep., archaeologiai értesitö 6, 1886 p. 307); idem memoratur Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2545.* — 2) *Legatus Moesiae inferioris fuit a. 162 (arch. ep. Mitth. 14 p. 21).* — 3) *Cf. not. 1.* — 4) *Praefecto aerari Saturni.* — 5) *Scr.* pr. pr.

1081 L. Dasumio P. f. | Stel. Tullio | Tusco[1] cos., ⟨comiti August.[2],⟩ | auguri, sodal. Hadria|nali, sodal. Antoni|niano[3], curat. operum | publicorum, | legato pr. pr. provinciar. | Germaniae superior. | et Pannoniae superior.[4], | praefecto aer. Saturni, | praetori, tribun. pleb., | leg. provinc. Africae, | quaest. imp. Antonini Aug. Pii[5], | trib. milit. leg. IIII Flaviae, | triumviro a. a. a. f. f. | P. Tullius Callistio | posuit.

Tarquiniis (XI 3365 vidit Bormann). — 1) *Genitus videtur a P. Tullio Varrone supra N. 1047, adoptatus a L. Dasumio qui consul sub Traiano auctor fuit senatus consulti Dasumiani de fideicommissariis libertatibus (Dig. 40, 5. 36; cf. Mo. Herm. 3 p. 45 not.) et ad quem referendum esse videtur testamentum lapidi incisum VI 10229.* — 2) *Quae uncis ⟨⟩ inclusi, litteris minoribus in margine adiecta sunt.* — 3) *Apparet Tuscum Antonino Pio, in cuius consecrati honorem instituti sunt sodales Antoniniani, supervixisse.* — 4) *Legatus Pannoniae superioris posuit titulum Poetovionensem III 4117.* — 5) *Expectaveris* divi Pii *(cf. not. 3).*

1082 D. Fonteio Frontiniano | L. Stertinio Rufino | legato Augustorum | pr. pr.[1], cos. designato, | Sex. Terentius Saturninus 7 ⟨leg. III⟩[2] August.

Lambaesi (VIII 2738 vidit Wilmanns). — 1) *Legatus Numidiae fuit a. 160 (VIII 2694. 4203. 4204. Eph. ep. 5, 784)—162 (VIII 4589. Eph. ep. 5, 1276).* — 2) *Cf. supra N. 1070 not.* 3.

1083 . . . . | Titiano c. f.[1] C. Maesi | Titiani et Fonteiae | Frontinae[2] consu|larium[3] filio, | patricio[4], ob hono|rem togae virilis | Clodius Rufus eques Romanus | amico suo incomparabili.

Thermis in Sicilia (X 7346 vidit Mommsen). — 1) *Expectaveris* c. i. *(clarissimo iuveni).* — 2) *Secundum stemma propositum a Mommseno eph. ep. 4 p. 154 hi homines vixerunt saec. p. Chr. altero fere medio. Ipsum nomen indicat Fonteiam Frontinam stirpe coniunctam fuisse cum D. Fonteio Frontiniano N. 1082.* — 3) *More Graeco dicuntur consulares maritus et uxor.* — 4) *Raro patricium aliquem fuisse in inscriptionibus adnotatur, nisi ipse adlectus fuit inter patricios.*

1084 Q. Servilio | Q. f. Hor. | Pudenti[1] | trib. mil. leg. IIII Scy|thicae, quaest. pro|vinciae Siciliae, | trib. pl., praetori, | praef. frumen|ti dandi,

archive.org